

ciativam; certè eam, quæ secundum Animam accipitur, quam Rationem appellant affectuum capacem, habent nobiscum communem, licet alia magis, alia minus. *Huc usque Galenus. Petrus Gassendus in nuperâ Philosop. Experimentalis versatissimus, cum plures instantias, quibus Brutorum Animalium solertia & mira sagacitas declarantur enumerâisset, hæc tandem subdit verba: Quod hæc illis meritò tribui, nisi species quædam Rationis attribuat, non possint. Utcunque sit, inquit ulterius, videmur saltem exposito more distinguere posse; cum, ut vulgo duplex memoria sensitiva nempe & intellectiva distinguitur, ita Rationem dicere sensitivam & intellectivam nihil vetat. Et sanè cum nomine Rationis ratiocinandi facultatem seu principium intelligamus, & ratiocinari nihil aliud sit, quàm unum ex alio cognoscendo intelligere; nihil est observatum facilius quàm Bruta ex uno colligere aliud, seu quod est idem ratiocinari & ideo ratione polle- re &c. & sic ulterius infert. Verùm confundit hic Vir Clarissimus Rationem propriè & impropriè sic dictam, quod ex præcedentibus constabit, ubi Homonymiam vocabuli Rationalis evolvimus. Conf. Dan. Hartnaccius in Admirandis Physicis p. 532. Ant. Le Grand in supra cit. Dissert. de Carentia Sensus & Cognit. in Brutis num 3. p. 10. & Villisus de Anima Brutorum cap. 1. p. 5.*

S. III.